

CAPUT XIX.

I. EPISTROPHE

est, cum similis sonus in clausulis iteratur. *Latine dicitur Conversio.*

(Dicitur etiam ἐπιφορά. A Cic. 3. de Orat. dicitur crebra ejusdem verbi in extremum conversio.)

2. Ejusmodi sunt duo. Vel enim 1. idem sonus tantum in clausulis iteratur, ut: *Ecclesia oppugnatur, sed non expugnatur; premitur non opprimitur.* CICER. pro Milon. *Est hæc, judices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: Verum ex ipsa natura arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.*

(Est in posteriori hoc exemplo illustris Epistrophe, eaque quadruplex: 1. non scripta, sed nata, 2. didicimus, accepimus, legimus. 3. arripuimus, hausimus, expressimus. 4. docti, facti, instituti, imbuti.)

Vel 2. vox eadem in clausulis iteratur, ut, Psal. 136. v. 1. & seqq. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.*

Confitemini Deo Deorum, quoniam in seculum misericordia ejus.

Confitemini Domino Dominorum, quoniam in seculum misericordia ejus.

3. Epistrophæ subjiciuntur: 1. Πολυσύνδετον posticum. 2. Ασύνδετον. 3. Ἰσόκωλα. 4. Ἀντίθετα. 5. Ὁμοίπτωτον. 6. Ὁμοιότηλεον.

(Singula enim hæc huic figuræ subjicienda, quatenus scilicet similem habent in clausulis finalibus sonum seu exitum: Non n. hic striete qualitatis seu paritatis similitudo exigenda:

et sed sufficit.
& partes qualis
(4. POLY
est ejusdem
repetitio, ut
Virg. Æn. 1. 1.

Et Æn. 6. For
Fatoque Fortu

55. ASYN
pulative inte
excessit, evasit
genere fuisse
Cuios.

(Asyndeton d
horum dissolutio
vuntur. Nota
& illustris, non
Virg. vide homi

56. ISOC
membra, qu
stant, ut: e
suscepit: me
pejo in Orat
mitto aliqui
buo parenti.

(Dicuntur et
is membra, ve
syllabarum m
stant, ut ver
Auct. ad Her
finus tradit.
predicatas &
sile, altera a

da: sed sufficit, si utrinque similis sit syllabarum numerus & paritas qualiscunque.)

X 4. POLYSYNDETON POSTICVM est ejusdem conjunctionis in fine vocabulorum repetitio, ut:

Virg. Æn. 1. *Una Eurusq; Notusq; ruunt creberq; procellis Africus.*

Et Æn. 6. *Fortē recensēbat numerum charosque nepotes, Fataque Fortunasque virum moresque manusque.*

X 5. ASYNDETON est conjunctionis copulativæ intermissio, ut: CIC. Catil. 2. *Abiit, excessit, evasit, erupit.* Idem pro Cælio: *Ex hoc genere fuisse illos arbitror, Camillos, Fabricios, Curios.*

(Asyndeton dicitur & Diallyton, id est, dissolutum, verborum dissolutio, quia omissis conjunctionibus quasi dissolvuntur. Nota asyndeton tametsi in epistrophe fit crebra & illustris, non tamen semper epistrophe constituit, ut Virg. vide hominem, lupum, capram.)

X 6. ISOCOLA sunt duo vel plura Orationis membra, quæ fere pari syllabarum numero constant, ut: *extrema hyeme apparavit: ineunte vere suscepit: media æstate confecit,* CICERO de Pompejo in Orat. pro leg. Manil. Idem pro Syll. *Permitto aliquid iracundiæ tuæ: de adolescentiæ: tribuo parenti.*

(Dicuntur etiam Græce *πᾶριστα*, id est, *similia* five *æqualia membra*, vel *similia similibus relata*: sic dicta ob parem syllabarum numerum, quibus membra duo vel plura ita constant, ut verba verbis q. dimensa & paria respondeant. Auct. ad Heren. Horum illustre exemplum proponit Augustinus tract. 124. in Johan. *Duas itaque vitas sibi divinitus prædicatas & commendatas novit Ecclesia, quarum est una in fide, altera in spe: una in tempore peregrinationis, altera in*

æter-

æternitate mansionis: una in labore, altera in requie: una in via, altera in Patria: una in opere actionis, altera in mercede contemplationis: una declinat a malo, & facit bonum, altera nullum habet, a quo declinet, malum & magnum habet, quo perfruatur bonum: una cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat: una fortis est in adversis, altera nihil sentit adversi: una carnales libidines frenat, altera spiritualibus delectationibus vacat, &c. Vide Rhetoricam Dn. Chytræi h. l. & obiter nota hic concurrere homœoteuton & homœoptoton.

7. ANTITHETA sunt duo vel plura Orationis membra diversa five opposita, ut: *Ad quam legem non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus*, pro Marcell.

(Simile est hoc *Cic. in Orat. pro leg. Manil.* Cujus scientiæ rei militaris non alienis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis: non stipendiis, sed Triumphis est traducta. Ubi Antitheta. Obiter observa. Notas Antitheseos esse non, sed &c.

8. HOMEOPTOTON est, cum simili sono casuum dictiones & sententiæ desinunt, ut: τὸ ἄδηλον. *Annis mille jam peractis, nulla fides est in pactis. Mel in ore, verba lactis, fel in corde, fraus in factis.*

(Homœoptota dicuntur similiter cadentia, eum iisdem casibus finiuntur commata aut cola. Sic tres sunt sententiæ five dictiones, quæ finiuntur eodem casu ablativo. 1. *peractis, factis.* 2. *ore, corde.* 3. *lactis, factis.* Frequentissima est hæc figura Bb. Patribus. Sic Augustin. *de Virg. cap. 53. internis luminibus inspicite vulnera (Christi in cruce) pendentis, cicatrices resurgentis, sanguinem morientis, precium credentis, commercium redimentis.* Idem in Psal. 85. *Non est ita superbia elati, sed confessio non ingrati.)*

9. HOMEOOTELEUTON est, cum quæcunque voces & verba simili sono in clausulis de-

desinunt, ut:
brat: hoc fidei
& liter. cap.

des dicere, li
(Homœotele
ab Homœopto
finunt, in illor
non habent simi
clausula in a
imperat; facere

Cic. pro leg. Ma
nus navigavit, qu
dum cum casu
mentis populor

cent, controver
rit, inveterum
bus disciplinam
gatu studio &
cap. 2. Nallum
rescis, nisi quis

tus non percuss
Deus meus, co
ze irritati: q

or am promer
Si panis, p
ro, prestolaris

In Epist
sint brevior
as vitiosa fit

Psal. 136.
in seculum mi
Vid. seqq.

lat, quoniam
niam in secul
pluce concurr

definunt, ut: *Quod operum lex minando imperat: hoc fidei lex credendo imperat*, August. de Spir. & liter. cap. 13. *Turpiter audes facere, nequiter studes dicere*, lib. 4. ad Herenn.

(Homœoteleuta dicuntur similiter desinentia. Differunt ab Homœoptotis, quia in his tantummodo casus similiter desinunt, in illis vero etiam verba & quæcunque voces, quæ casus non habent, simili sono in colis & commatibus. Sic una est clausula in allatis exemplis eodem modo desinens, *imperat, impetrat; facere, dicere*. Sed sæpius plures connectuntur, ut Cic. pro leg. Manil. Quam celeriter Pompejo duce belli impetus navigavit, qui Siciliam adiit, Africam exploravit, inde Sardiniam cum classe venit. Cic. pro Balb. Omitto, quantis ornamentis populum istum C. Casar, cum esset in Hispania, affecerit, controversias secundarit, jura ipsorum permissu statuerit, inveteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplinaque delerit, summa in eam civitatem hujus rogatu studia & beneficia contrulerit. August. lib. Meditat. cap. 2. *Nullum spernis, neminem abjicis, neminem perhorrescis, nisi qui forte amens te exhorruerit. Ergo non modo iratus non percutis, sed te irritantibus dona, si quaesierint, tribuis Deus meus, cornu salutis meæ, & susceptor meus, ego infelix, ego te irritavi: ego malum coram te feci, furorem tuum provocavi, iram promerui: peccavi & passus es, deliqui & adhuc sustines: Si pœnitet, parcis, si revertar suscipis: insuper, dum differo, præstolaris.*)

In Epistrophe sequentia membra & commata sint breviora & Oratio habeat vehementiam, alias vitiosa fiet Tautologia.

Exempla alia.

Psal. 136. v. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus &c.*

Vid. seqq. *Viginti sex namque exempla Psalmus hic suppeditat, quoniam in singulis versiculis clausula hæc repetitur; Quoniam in seculum misericordia ejus. Ubi simul elegans Symptoce concurrat.*

Rom. II. v. 21. *Vide Dei bonitatem ac severitatem; in eos, qui ceciderunt, severitatem; in te vero bonitatem,*

Rom. 12. v. 15. *Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus.*

Item Authoris incerti. *Absumus a te, vivimus ex te, fidimus in te, tendimus ad te, non nisi per te, optime Christe.*

Huc pertinent veterum de pœnis infernalibus rhythmici:

Sunt ibi tortores serpentibus horridiores,

Deformes nigri, sed non ad verbera pigri.

Nunquam lassantur, semper ad hoc renovantur.

Nunquam quassati, semperque ferire parati.

Semper mordescunt, nec cessant, nec requiescunt.

Hic Ifocol. Antithet. Homœopt. & Homœotel. concurrunt.

Cyprian. ferm. de Spirit. S. *Spiritus sanctus solo nutu perficit omnia: quod dicit, facit; quod jubet, implet; secreta indicat, pandit occulta, revelat ignota, hebetat acutos, perspicaces confutat.* Et paulo post: *Hic peccata diluit, hic justificat impios, & ad vitam revocat mortuos. Hic discordes pacificat & vinculo charitatis ligat.*

August. tract. 33. in Joh. *Mansuetus (est) Dominus, longanimus Dominus, misericors Dominus, sed & justus Dominus & verax Dominus.*

Cassiod. in Psal. 32. v. 20. *Patientia est, quæ gloriosos martyres facit, quæ fidei nostræ bona custodit, quæ omnia vincit adversa, non colluctando sed sustinendo, non murmurando sed gratias agendo.*

Bernh. in Orat. Rhythmica.

Quocunque loco fuero,

Jesum meum desidero,

Quam letus, cum invenero,

Quam felix, cum tenuero. Ubi & Symploc.

Cypr. de hab. Virg. tract. 2. *Est disciplina custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis.* Homœopt.

August. de verb. Dom. ferm. 37. *Seculi hujus letitia est impunita nequitia.* (umbra.

Virgil. Eclog. 10. *Surgamus, solet esse gravis cantantibus*

Juniperi gravis umbra, nocent & frugibus umbra.

Ibid. *Certe sive mihi Phyllis, sive esset Amyntas,*

Seu quicumque furor (quid tum, si fuscus Amyntas:
Et nigra viola sunt, & vaccinia nigra.)

Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.

Mart. lib. 2. epigr. 18. Capto tuam (putet heu) sed capto
Maxime, cœnam:

Tu captas aliam, jam sumus ergo pares.

Mane salutatum venio: tu diceris esse

Ante salutatum: jam sumus ergo pares.

Sum comes ipse tuus, tumidique ante ambulo regis.

Tu comes ulterius, jam sumus ergo pares.

Cic. in Verrin. Atque illud etiam a te audire cupio, quare, cum
ego legem de ambitu tulerim, ex Senatus Consulto tulerim, sine vi
tulerim, salvis auspiciis tulerim &c.

Philipp. 2. Doletis tres exercitus populi Romani esse interfe-
ctos? interfecit Antonius. Desideratis clarissimos cives? eos quo-
que eripuit Antonius. Auctoritas hujus ordinis afflictata est? affli-
xit Antonius.

CAPUT XX.

I. S Y M P L O C E

est, cum idem sonus & in principiis & in clausulis
sæpius iteratur. Dicitur Latine Complexio, Ruti-
lio Lupo κοισότης, ideo forte, quia anaphoram,
& epistrophen tanquam commune subjectum
complectitur.

Simplexe dicitur a σύν & πλέκω, i. e. simul implico. Com-
plexio dicitur, quia Anaphoram & Epistrophen simul impli-
cat & complectitur. Utraque enim hæc figura tum Ana-
phora tum Epistrophe conjuncta dicitur Symploce sive com-
plexio. Itaque non est peculiaris species figurarum dictio-
nis ab Anaph. & Epistroph. distincta sive diversa, ut maxime
a Rhetoribus propter majorem, ampliolem & graviorem
ornatum, peculiare nomen sortita fuerit: sed est tantum
Anaphoræ & Epistrophes affectio quæpiam adjuncta, quæ
plane ut Allegoria in tropis Metaphorarum, Metonymia-
rum, &c. Ita Anaphoræ & Epistrophes conjunctio quæ-
piam est iterata.

2. Modi